

27. Alia enim est ratio hominis nondum credentis, alia jam illuminati & reparati per gratiam.
28. Unde discamus agnoscere, quid & quantum sit beneficium renovationis. 2. Ne desimus gratiæ Dei. 3. Neque contristemus Sp. sanctum.
29. *Conversio seu renovatio* non fit uno momento, sed habet sua initia & suos progressus, quibus in magna infirmitate perficitur. Hic igitur conatus & lucta apparet: Hic quærendum, petendum, pulsandum est, non otiaandum.
30. Est autem Spiritus sanctus efficax per vocem Evangelii auditam seu cogitatam: & gratia præveniens orditur à verbo.
31. Rectè dicitur: *Tres esse causas bonæ actionis*. 1. verbum Dei. 2. Spiritum sanctum. 3. voluntatem humanam: si modò rectè & commodè intelligatur.
32. Sensus & experientia non præcedunt fidem: sed ordiendum est à verbo.
33. Damnandus error Valentini, Cerdonis, Marcionis, &c. qui duo fixerunt principia, bonum & malum: ac proinde negarunt liberum arbitrium etiam in malis.
34. Manichæi tres ordines hominum constituerunt. 1. *χοικός*, qui non sint capaces renovationis. 2. Bonos, qui non sint capaces peccati. 3. Medios, qui possint purgari, separatio.

ratio.